ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 93r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



moris tegant. ut occulta insidiantis hostis iacula per
horrescant. & in tam caligoso certamine intentione
continua intra mentis castra se muniant. Nam si
a circumspectionis sollicitudine cor destituitur. uul
neribus aperitur. quia hostis callidus tanto liberius
pectus percutit. quanto nudum a prouidentie lorica de
prehendit. Admonendi sunt qui repentina concupiscen
tia superantur. ut curare nimis terrena desuescant.
quia intentionem suam dum rebus transitoriis immo
deratius implicant. quibus culparum iaculis transfi
gantur ignorant. Vnde & per salemonem uox percussi
& dormientis exprimitur qui ait. uerberauerunt me
sed non dolui. traxerunt me & ego non sensi. quando eui
gilabo & rursum uina reperiam. Mens quippe
tricta cura sue sollicitudinis dormiens uerberatur & non
dolet. quia sic imminentia mala non prospicit. sic nec
que perpetrauerit agnoscit. Trahitur & nequaquam
sentit. quia per inlecebras uitiorum ducitur. nec tamen ad sui
custodiam suscitatur. que quidem euigilare optat ut
rursum uina repperiat. quia quam uis somno torporis
a sui custodia prematur. uigilare tamen ad curas seculi niti
tur. ut semper uoluptatibus deebrietur. et cum ad illud
non dormiat in quod sollerter uigilare debuerat.
ad illud uigilare appetit ad quod laudabiliter dor